

1 Perillustris, et Reverendissime Domine. Non consuevi perdere
bonas horas in legendis nugis, et mendaciis eorum, qui singulis heb-
domadis disseminant per orbem omnia quae geruntur, vel dicuntur
per magnos viros. Ea causa est, cur nihil cognoverim de magno can-
5 cellario Poloniae praeter obitum. Molestè fero tam turpem notam
inustam esse post mortem viro clarissimo; et continuò significandum
dix curavi praefecto Urbis, ad quem ista pertinent, ut iubeat per
eosdem garrulos scriptores contraria scribi. Promisit se daturum
operam, ut si fieri possit, damnum hoc resarciatur; negavit autem
10 posse in eos iure animadverti, quoniam non ipsi sunt auctores eo-
rum, quae scribunt, sed referunt ex Venetiis id esse Romam per-
scriptum, et tabulis ex Venetiis allatis id probant. Oporteret
cum Venetis agi, ut ipsi remedium adhiberent, ne talia scriberen-
tur; vel certè ex Polonia scribi oporteret aliquid, unde ista men-
15 dacia confutarentur. Valeat perillustris, et Reverendissimus Domi-
nus, et me ut facit, amare pergit; et si quid aliud per me fieri
cupit, libere iubeat. Datum Romae die 5 augusti 1605.

Ioannes Andreas Prochnicius (alia manu)

F.B.5, fol.119. Brouillon autogr. Epist.famil. XLI.